

## 2.

Brano della lettera enciclica degli Ussiti di Praga in data dell'8 febbraio 1421.

[Cod. Lat. quart. 654 della Staatsbibliothek di Berlino; F. PALACKÝ, op. cit., vol. II, p. 487 e sgg.].

... Et hanc concordiam... placuit omnibus nobis et in eorum 5  
 gaudia per honorabilem magistrum Iohannem de Przibram decanum de  
 universitate in vulgari Boemico, magistro Paulo de Praga, dictis doc-  
 toribus, rege adherente auscultante, publicare. E quibus unus et sy-  
 nonimo nomine dictus Petrus Paulus, nescimus si doctior an elo-  
 quentior, stans in honoratu cetu et conspectu magnatum et baronum 10  
 plurimorum ex una, necnon capitaneorum et seniorum nostrorum in  
 presencia trium notariorum ad premissa vocatorum parte ex altera,  
 omnibus una pariter in giro astantibus, exorsus dixit in hec verba:  
 « Nobiles et magnifici domini, magistrisque et fratres reverendi, notum  
 « vobis facimus quod in hac felici collacione quam cum magistris pre- 15  
 « sentibus modo habuimus, in hoc conclusive resedimus, quod ex quat-  
 « tuor punctis nobis per eos oblatis, videlicet primo, tercio et quarto,  
 « totaliter et ex integro concordamus, sed de secundo, qui est de com-  
 « munione eucharistie omnibus Christifidelibus porrigenda, partim sumus  
 « concordantes et partim discordantes; concordantes quidem, quod predicta com- 20  
 « munio potest quidem licite et meritorie fieri et non fieri; sed in hoc,  
 « quod sit preceptum Domini, ibi discordamus. Sed Domino adiuvante  
 « speramus quod et in hoc erimus concordantes ». Quibus auditis, mox  
 quasi singuli vultum et animum in gaudia et ob spem beate tranquil-  
 litatis laxaverunt, et in verba « laudes Dei » devotius eruperunt... 25

## 3.

Lettera di Ignoto al Priore dei Certosini di Erfurt, 1421.

[F. PALACKÝ, op. cit., vol. II, p. 493].

QUIDAM magister Paulus presens fuit concordie, de qua scri-  
 bunt heretici isti, qui dicit eos falsissime scribere, et quod nun- 30  
 quam cum eis volebant conferre ita ut iudices audiendorum constitue-  
 rentur, et quelibet pars motiva sua proponeret libere, sed solum in  
 vulgari coram baronibus et laicis volebant disputare, nec diu contu-